

versantem, qui ob id facilè potuit illas ignorare, & incœta transcribere eo modo, quo perlegit, & innenit assertione D. Flores de Mens, & eadem facilitate sequi illum.

Nec huius veræ resolutioni obtinat verba d.
52 l. 81. dum vniuersaliter, & videntur prohibite omnes violentiæ tangentes Tridentin. decreta, ibi: No se conozca por via de fuerça de las cosas tocantes à la ejecution & cumplimiento de los decretos del Sancto Concilio Tridentino, &c. Quibus veræ respondet, quod verba (que no se conozca por via de fuerça) vniuersalia non sunt simpliciter & absoluè apposita in dict. l. 81. sed cum qualitate reficiens, tocantes à la ejecucion & cumplimiento de los decretos, quod in hoc cognitionis violentia genere, nec directe, nec etiam indirecte tractatur in Tribunal, sed tantum de appellatione defenda, vt haec enim diximus, quod est multum diuersum: quo casu nihil disponit, d. 181. sed limitatiue ad qualitatem adiectam, tocantes à la ejecucion & cumplimiento de los decretos, &c. Iuxta plurimas, & singulares doctrinas huic conducibiles, quas in vnum congesimus infra p. cap. 5. §. 9. à n. 6. cum seqq.

Ad quam qualitatem omnino restringenda sunt, d. 181. verba, quia verba dispositionis quantumcumque vniuersalia debent declarari, & restringi, & ad qualitatem adiectam, & ad eiusdem adjuncti terminos limitari dumtaxat, vt post alios Doctores Petrus Sud. in conf. 179. n. 40. & 41. lib. 2. Hieton. Gabriel. conf. 130. n. 2. lib. 2. Caffauac in conf. 44. n. 29. Gutierrez conf. 1. n. 1. 13. 15. & 17. & seqq. & in conf. 2. n. 4. p. 18. sequenti, plurimos Doctores, & doctrinas congetturali controvenerunt, cum seqq.

Nam cum omnes retentionis casus possint dupliciter per viam violentiæ deduci in Tribunalia, principalius petendo retentionem litterarum, & ob contraventionem aliquius decreti Concilii Tridentini, vt nemp̄ obseruetur, & exequatur, & non violentiæ, cui casu directe conueniant, & adaptantur dict. verba l. 81. tocantes al cumplimiento & ejecucion de los; secundo modo petendo decretum violentiæ, vt iudex executor deferat, & reponat, & simul eriam cumulari haec duæ querelas, vt latius sup. c. 11. per se, sequitur, vt lex 81. debeat esse regulationem in calu cui magis & congrue eius verba adaptantur, atque simpliciter & directo, non in co qui venit causatim, & secundum quid, quia verba legis debent intelligi simpliciter non secundum quid, l. hoc legatum in fin. ff. de leg. 3. l. 1. §. se quis simpliciter, ff. de verbis obligatis, & latius per Baubos axiomatica 222. num. 29.

Et an haec Tribunalia Regia inferiora ultra Consilium supremum & postmodum uti decreto violentiæ (de concurrecione & procedere) & an haec eadem Tribunalia possint cognoscere de violentiæ tangentibus Concilii decretata, quando simul, & principalius cumulantur cum violentiæ ob denegatam appellationem, & quando de hac soli possint cognoscere & decernere, remissa alia ad hunc supremum Consilium, vide latè infra c. 16. vers. In secundo autem causa, à num. 59. cum seqq. & in vers. Maior tamen se offert, à num. 68. cum seqq.

Ex his que haec tenet scripta fuere, & anno 56 tata colliges, quam vtile & utili cunctis in Chan-

cellariis, alisque Regis Tribunalibus & Audientiis de gentibus, & Senatoribus, & aducatis scie, & internè cognoscere; in quibus casibus dicitur lesa, seu percessa prima Ordinariorum instantia in contraventionem S. Concil. Tridentin. in cap. 20. causa omnes, sess. 24. de reformatione, non ut directe violentiæ causa in ea Tribunalia introducantur (cum ut diximus, sit netuose veritatis & prohibitum à lege Regia) sed dumtaxat ut faciliter detegatur defectus iurisdictionis in Iudicibus delegatis, quibus non servata formâ precisâ ciuidem, cap. causa omnes, fuerunt commissiones directe, & causa in prima instantia (que dumtaxat Ordinariorum iudicio spectant) minus legitime vocatae ad effectum illum supradictum declarandi, sicut facete delegatos non deferentes appellationibus intercessis à rectione declinatoris oppositi, vel ab illis ea non obstante, procedentibus ad ultiora, iuxta quæ variis in locis fuisse scripsimus in tractat. Regia protectione. Ad hunc igitur effectum videnda erunt quæ plena manu nouiter & attente considerauerimus per casum distinctionem in tota 2. part. huius tract. de suppliacione ad Sanctiss. Quâ abunde deteguntur nullitates commissionum, monitorialium, inhibitorialium atque processus totius, & denique sententiarum, & omnium quæ super fundamento virtutiose & infecto commissionis informis fure fabricata.

C A P V T X V .

Pendente recursu ad Regem ob Bullarum resignationis retentionem, duranteque causa examine in Senatu, suspendatur terminus ad illas publicandum.

S V M M A R I V M .

Publicationis Bullarum resignationis intra quod tempus fieri debet iuxta Regulas Chancelleriae, n. 1. Publicationis Bullarum resignationis, à quo tempore incipiat, num. 2. remissive.

Terminus ad publicandum litteras resignationis non currit dum in Senatu datur examen retentionis petita earum, num. 3. & seqq.

Impedito agere non currit tempus, num. 4.

Impedimentum proueniens ex facto Regis excusat, num. 5.

Impedito ex facto Iudicis non currit terminus, num. 6.

Terminus non currit propter recursus ad Regem per viam violentiæ tollendam, declaravit Rota, num. 7.

Terminus aliquis à iure, vel indice assignatus partibus non currit, sed suspenditur rato tempore quo durat recursus ad Regem, num. 8.

Recursus pendente ad Regem suspendi terminus pluries determinavit Rota, num. 9. & seqq.

Terminus suspenditur, dum cessant lites, & molestia, num. 10.

Litterae qui tenetur intra terminum expedire, impeditus dicitur durante controvenerit sibi mota anterior, num. 11.

Molestia sive sit iudicialis, sive extrajudicialis,

finis

sive de iure, sive de facto suspendit terminum, num. 12. & 13.

Molestia proueniens ex facto Principis impeditum termini causum, num. 14.

Per cognitionis introductionem in Consistorio Principis terminus, sicut fatalia, non currit, num. 15.

Impedimentum quacunque parte termini incidentis illam suspendit, nec attenditur principium transiquid, num. 16.

Tempus tantum restituendum impedito quantum per impedimentum fuit ablatum, num. 17.

Recursus omnis ad Principem generaliter suspendit terminus, num. 18.

Fatalia non currunt pendente causa in Consistorio Principis, num. 19.

Tempus totum quo durauit impedimentum suppletur impedito, quod non computatur in termino, num. 20.

Impedimentum legitimum dicitur, sive sit iudicialis, sive extrajudicialis sive de iure, sive de facto, num. 21.

Impedito sive de iure, sive de facto non currit terminus ad publicandas litteras resignationis, num. 22.

Super nullitate sententie dum disceptatur non currit terminus causa principalis quonsamque finitaur nullitatis quistio, num. 23.

Quando probabile saltem sit impedimentum nullitatis, num. 24.

Nullitatis iudicio pendente terminus ad appellandum non currit, dum non calumnioſa, sed probabilis sit nullitas, num. 25.

Null ita sit iudicio pendente non currunt fatalia num. 26.

Super desertione appellationis dum disputatur, terminus non currit, ibid.

Dum disceptatur an articulus, aut positiones admitti debent, vel eis sit respondentum, terminus ad probandum non currit, num. 27.

Dum disceptatur de eo super quo terminus à iure, vel ab homine est appositus non currit, n. 28.

Terminus ad publicandas Bullas resignationis non currit durante in Senatu examine earum, an sint resimenda necne, num. 29.

MULTOTIES contingit, vt facta beneficij resignatione in favorem aliquis, & qui postquam à Sede Apostolica Bullas obtentas afferat,

& ante earum publicationem (que fieri debet hodie vix montes infra novem menses, & iuxta varietatem prouinciarum diversi termini sunt adscripti, vt lacè videtur est per Flematinum Parisium de resignatione beneficii, tom. 2. lib. 11. quist. 1. per totam; & ibi à quo

2 tempore incipiunt currere, & vide bis) patro-

nus laicus putat ob derogationem sit patronus, vel alter ex variis alii caufarum figuris, recurrat ad Senatum pro illatum retentione, & virtute Regia ordinaria prouisionis apprehen-

dunt litteras prædictas, & in Senatum intro-

ductæ diu examen ita duret, vt terminus præ-

dicatus ad publicationem facienda sit transfa-

citus, & demum sibi Bullis relaxatis, vt liberè vel certo modo, putat coram ordinario illis vita-

turi impetrans, sibi opponit de nullitate Bullarum, & amissione iuris ob non factam intra terminum publicationem, & an ei impenetranti oblitus hæc exceptio, plures vidi dubitari.

Necon etiam consultus respondi nullatenus ei obstat, nec currere terminum toto tempore, & quo retentionis examen datur in Senatu, an tequam litteræ sibi relaxentur, & totum il-

lud tempus de medio sublatum censetur ex regula vulgari, & quod impedito agere non currit tempus, l. 1. §. fin. de annali exceptione, l. 2. & perfetti, C. de annali.

Maxime, quando ex facto Principis prouenit, & impeditum, quod omnino exculcat, vt ce-

statur Decius in c. exzatione, n. 12. vers. Secunda causa, Sigismundus Scaccia de appellationibus, 9. 15. sub n. 124. vers. Adverte unum ad finem. Nos in commentariis de Regia protectione 1. part. c. 7. num. 7. vbi num. 96. quod impedito & ex facto iudicis non currit terminus, vbi plurimos ad id citantibus Doctores; quia quando aliqui affliguntur terminus ad aliquid faciendum, & labatur factio & impedimento alterius, suspensus intelligitur, de qua infra 2. p. 6. à principio.

Et quod terminus non currit propter recursum ad Regem & per hanc viam violentiæ; in 7 simili casu determinauit exprelse Rota in una Legionensi prestatimonia. 27. Novembris 1592. coram Pamphilio, quam ad litteram referit Nic-

olaus Garcia de beneficiis 6. part. capitul. sub n. 42.

In qua dūm disceptatur, an lapsus fuerit terminus ad executionem executorialium, ita dicunt in hac: maximè cum taciturnitas fuerit causa ex impedimento presbitis per Aluarum, mediante recursu ad Consilium Regium, per quod curauit auctere executoriales, &c. Ex qua decisione, & aliis quamplurimi fundamentis manifeste probauimus in nostris commentariis de protectione Regia 1. p. 7. n. 7. & sursum à n. 38. cum seqq. nullum & terminum assignatam à iure vel iudice partire, sed omnino suspendi toto tempore, quo durauit recursus ad Regem.

Vixit quam decisionem plures ita determinasse Rotam, nempe & recursum ad Regem legi-

9 mense impeditum esse, & terminus suspendi- datu tempore, quo durauit recursus ipse, vt in vna Imolensi. Caltri 16. Ianuarii 1573. coram Seraphino, in alia Tolletana Archidiaconatus de Talauera Iunij 1592. coram eodem Seraphino (vbi eram alia Imolensi. recenseret) quæ quia

qua tota conductus pro fundamentis huius questionis, illam referam; sic ait: Fuit dubitatum, an

Archidiaconatus vacaret de tempore factæ pro-

pulsionis D. Didaco, ita vt prouiso censetur valida, & Domini censuerant non suffit tunc temporis vacantem, id est gratiam suffit nullam. Moti fuerunt, quia cum bone memoria

Cardinalis de Mendoza teneretur dimittere Ar-

chidiaconatum infra ipsam anni, si que obli-

nus plures prorogationes, quæ durabant usq;

ad diem 23. Iulij 1588. & interim suffit ei mo-

to contouerha super Decanatu, quem Papa

prætendebat vacare per promotionem ad Ca-

rdinalatum; non correbat & ei tempus, sed inter-

immo celabat, donec molestia cessasset; nam

impedito non corrit terminus, l. quibus diebus,

ff. de conditionibus, & demonstrationibus,

l. non possum, C. de dolo male, cap. im-

putari de reguli iuris in 6. & in propriis ter-

minis materiæ, de qua agitur, probatur in

capit. commissarii & ibi Gloriæ de electione in

6. capit. licet Episcopus, & ibi Doctores in

probab. lib. 6. Clementin. 1. §. ceterum de

statu Monachorum, Vitalinus in Clementin.

Q 3 gracia

gratia num. 43, in fin. de rescriptis, & in Clementina pluribus, num. 27, de probandis, Aegidius decif. 43, & decif. 153, & decif. 595. Tiraquell. de retracti lignagier, glossa 10. num. 32. Rebuffus in praxi beneficiarii, sit. de non promovi in tra. avnum, 11. num. 47. Quod etiam t̄ obseruat, in eo, qui vigore decet tenetur expedire litteras intra sex menses, Moledanus decif. ibi. Nec obstat, quod hac controvergia non fuerit judicialis, quia t̄ hoc procedit indifferenter in omni molestia sue judiciali sive extrajudiciali, vt post glossam tradit Cardinalis in dict. Clement. gracia, & ibi. 8. Andreas Barbat. n. 22. Probus addition. ad Monach. in cap. commiss. num. 2. de electione in 6. Felin. in cap. cum Joannis, num. 32. de fide instruendis. Cassiodorus decif. 9. de causa possessionis. & propriet. Rebuffus in tra. de pacifico possesso, num. 165. Sinus molestia t̄ sint de iure, sive de facto, vt post glossam tradunt Anchastrian. & Geminianus in dict. cap. commissa, & Cassiodorus dict. decif. 5. Molestie factae Cardinali visae fuerant maxime considerabiles, 14. t̄ cum prouenient falso Principis, quo poterat ad libitum voluntatis sive disponite de beneficio, etiam priuando sine causa, vt tradit Moledanus decif. 86. Et cum introducta esset cognitionis in principis Consistorio, non errebatur t̄ dilatationis tempus, quemadmodum etiam dicitur non curtere fatalia: & resolutum fuit coram me in Imolensi. Castr. 16. Ianuarii 1573. Nec relevat, quod à principio possefuerit pacifica, tam respectu tituli, quam perceptio- nis fechtum; quia sufficit, quod quodcumque p̄stetur impedimentum t̄ circa culpam impedit, vi per Archidiac. in cap. cum ex eo, num. 2. de electione, lib. 6. quem sequitur Joannes Andreas in dict. cap. impetrati. col. 1. de regulis iuriis lib. 6. Ideoque tantum temporis t̄ ei restituendum est, quantum per impedimentum ablatum fuit Aegidius decif. 82. Et fuit resolutum in Salmantina Parochial, coram R. P. D. Orano 1589. quod intelligendum est respectu temporis, quod dilatione concessa propter molestias subtraactum est, &c.

Quam decisionem ad litteram referit Nicoclaus Garcia de beneficiis 2. tom. part. 11. cap. 5. sub num. 105. Illam tamen totam reperies ad litteram apud eundem Seraphinum in decif. 997. quoniam Garcia non citauit.

Et generaliter quod omnis recursus ad Principem suspendat terminum cause principalis, 18. t̄ vel attulici incidentis; probat eleganter Rota ut per Farinacium in posthum. tom. 2. decif. 416. quea num. 3. & 4. ita loquitur; vel saltim negari non posset, quin saltem dubium esset, quomodo essent intelligenda verba rescripti, ita ut esset opus pro declaratione iterum adire signaturem, cap. cum contingat. de rescriptis, cap. cum venient. de iudicis; & cum ante lapsum tridui, & die sequenti post presentatam in actis commissionem appellationis fuerit per Vincentium citata parte, habitus recursus ad signaturem, vt in eius summario, num. 10. dominis vixum fuit, dicto recurso pendente, nullum eucritissimum tempus ad t̄ inducendam deser- tionem, Lucas de Penna in l. 2. num. 21. post medium, versicul. Ex quo enim negotium, C. de mansfrag. lib. 11. Afflctus super confitit. Regni rubric. 39. num. 6. lib. 1. Maranta in seculo. 5. p. num. 38. vt in simili dicitur, fatalia non curre-

re pendente causa in consistorio Principis, l. cum anterioribus, §. si tamen, C. de temporib. appell. Lancellot. de tentatis, cap. 12. in pra- fatione, num. 40. &c.

Et quod totum tempus, quo durauit impe- dimentum; debet t̄ suppleri impedito, quia il. 20. dñu non computatur in termino, sed tantum ei denuò indulgetur; et optimè decisio Seraphini 1066, quam & alias addit, quas adduximus in trattat. de Regia procellione 1. part. cap. 7. & num. 74. Et quod impedimentum, vt iustum iudicetur, sufficiat quod sit t̄ sive iudiciale, sive extrajudiciale, sive de iure, sive de facto; probant ultra allegatos in decif. Tollerata, Staphileus tit. de galizat. & fuit, benefic. §. biniusmodi, num. 12. Villadiego delegato, quest. 14. 1. part. num. 96. Rebuffus de pacifico possesso, num. 197. alii 164. Cosmas in præmat. san- ction. tit. de collation. in §. item quod univer- sitates, verbo, Peſſederint, Bellamera decif. 596. Cassiodor. decif. 9. num. 1. de causa possessionis. Sarner. in regu. de triennali, quest. 53. Mandofius regu. 34. quæf. 26. Hogeda de benefic. incom- patibilis, cap. 15. num. 80. Maſcardus de probatio- nibus conclus. 183. num. 40. Quintana Dueñas lib. 4. num. 27. Flaminio Parisius lib. 3. quæf. 1. num. 130. Azor. inſtitut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 16. quæf. 9. & latè plures Rota decisiones adducunt videns Nicolaus Garcia de benefic. tom. 2. part. 11. capitul. 5. à num. 105. & sequen- tibus.

Et quod impedito sive de iure, sive de facto, judicialiter t̄ seu extrajudicialiter non currat ter- minus ad publicandas litteras refectionis, sed totum id tempus de medio tollatur, ita, vt nec computetur, probat latifissime Flaminius Parisius de resignatione, tom. 2. lib. 11. quæf. 17. per se tam, vbi latifissime prosequitur videndum.

Et amplius comprobatur, quoniam dum in Senatu disceptatur causa, an sit legitima ad retenendas litteras Apostolicas, ad effectum, vt in earum executione supersedeatur, donec Romanus Pontifex per humilem supplicationem instruatur sit de damno publicæ utilitatis, & misericordie dignetur de remedio & prouidore: 23 non potest super principali causa terminum curare, vbi ex variis iuris exemplis, & similibus nostra resolutio roboratur. Quippe dum discep- tur super nullitate sententia, non currit terminus cause principalis, quousque finitatur nullitas quæf. 6. de appellationibus, Decius in cap. ex ratione, num. 10. Felinus num. 4. eodem titulo, Sforz. Oddi, de reſtitione in integr. quæf. 20. num. 69. & 74. Rota diversorum decif. 490. num. 3. lib. 3. part. 3. Gratian. deception. 61. num. 10. Scaccia de appellatione, quæf. 15. num. 88. 91. Quando probabile t̄ faltem est impedimentum huiusmodi nullitatis, Felinus dict. num. 4. Gratian. dict. num. 10. Bantius de nullitatibus, tit. 8. num. 13. Tiraquellus lib. 1. de retract. linag. §. 1. glossa 10. Caldas Pereira in l. si curatorem, glossa intra legittimum tempus, num. 13. Giurba decif. 110. num. 6.

Nec etiam pendente nullitatis iudicio, de- cendium currit ad t̄ appellandum, licet actor succumbat, dummodo non calumniosam sed probabilem proposuerit nullitatem, Cinnus in l. contra maiorem, num. 7. C. de insufficio testamento, Franchus

C A P V T X V I.

Franchus in cap. dilectio, num. 11. de appellationi- bus, Thesaurus decif. 10. num. 10. Matillis singulari. 152. Scaccia dict. quæf. 15. num. 9. & 97. & licet dissentiant Guido Papæ de appellationi- bus, quæf. 6. num. 47. Lancellot. de tentatis. 2. part. cap. 12. limit. 50. num. 127. à priori tamen opinione Cini recedendum non esse, inquit Scaccia de appellatione, quæf. 12. num. 169. Marinus 26 Giurba decif. 110. num. 7. Inde nec t̄ currunt fa- talia, Felinus in dict. cap. ex ratione, num. 5. Bald. in aubene, ei qui, C. de temporib. appellat. Sola, ad decretum Sabadiæ, tit. 32. glossa 10. num. 8. Sforz. Oddi, de reſtitione, quæf. 71. num. 10. Giurba vbi proxime, num. 8. nec dum super ap- pellationis defensione disputatur. Decius dict. cap. ex ratione, num. 10. Alexand. conf. 42. n. 11. volvamus. Carpensus ad statuta. Mediolanense, 21. num. 78. Scaccia dict. quæf. 15. num. 83. Cumia- ria 88. num. 56. Gratianus deception. 61. n. 3. Giurba dict. decif. 105. num. fin. & latè de his omnibus Brededorum de appellation. part. 2. à col. 157. Sola, quæf. 24. à num. 49. Et Nos ac- curatus plurima alia adducunt fundamenta, de Regia procellione 1. part. cap. 7. à num. 58. cum sequentibus, vñque ad finem, vbi de his singulis videbis comprobatum, quibus & hæc addere potes.

Et dum disceptatur, an articuli, aut posses- siones t̄ admitti debent, vel non, vel an debeat responderi possessionibus, terminus ad probandum assignatus non currit, sed interim sus- penditur. Glossa in Clement. sepe, verbo, Post dilatationem, de verborum significacione. Specula- tion. in tit. de allation. §. 1. versicul. Sed inquit quid currat, Bald. in l. fin. ff. de feris, Bart. in l. in- travile, ff. de minorib. Balbus decif. 185. incipit, tempus datum, Viuius decif. num. 1. Camill. Borrellius in summa decif. tit. 47. de dilatationibus, n. 97. & num. 98.

28 Et dum disceptatur de eo, super t̄ quo terminus à iure, vel ab homine est appositus; non currit terminus, sed interim suspenditur, vt ex pluribus Doctoribus probabimus infra 2. part. capital. 20. à num. 21. versicul. Quippe dum discep- tur, &c.

Quare concludendum erit ex fundamentis, 29 doctrinis t̄ & Rotæ decisionibus; nullatenus currite impetranti terminum ad publicandas litteras resignacionis, dum in Senatu de earum re- tentione tractatur, disceptatur, & durante causæ examen, cum revera impeditus sit legitimè, & sua litteræ sint decentia. Nec in sua im- petratis facultate, & libera potestate sit illarum facere publicationem, quia ab eo sunt ablatae virtute. Ordinariis prouisionis Regiæ, cui ipse resistere de fado non potuit, sed dumtaxat causam prosequi in Senatu, docendo de iniustitia cause deducere per adversarium, & insistendo pro earumdem relaxatione, & quod fibi à Senatu detur facultas illis liberè vñendi, quæ antea penitus carebat, atque idem legitimè im- pedimento interim excusat est ad

faciendam prafatam litera- rum publica- tionem.

Ad defensionem suam dicunt scilicet verificato

probabilis timore, & periculo, num. 12. Timor iustitiae ab proberibus per iuramentum eius, qui ad suam defensionem fecisse afferit, num. 13. rea- missio.

Defensionis iusta causa est violentia i. ferenda t̄ mor, num. 11.

Ad defensionem suam dicunt scilicet verificato

probabilis timore, & periculo, num. 12.

Timor iustitiae ab proberibus per iuramentum eius, qui ad suam defensionem fecisse afferit, num. 13. rea- missio.

Defensionem potest quis licet preventire contra pa- ratum ad offensionem, num. 14.

Offensam actualē non tenetur quis expectare, vt

se defendat a periculum obviandum, n. 15.

Litteris ad Senatum alatis causa retentionis pro- posita accutè examinatur per Ordinarios Ju- dicij tramites, & iterum per supplicationem, num. 16.

Examen causa retentionis non requirit iudicialem in- dagationem, sed extra iudicialem instruc- tionem, sicut nec iurisdictio indiget, n. 17.

Princeps dicunt conservator fūorum vasallorum,

num. 18.

Conservator non utitur iudiciale in- dagatione, p̄- test tamen ad sui instruendum aliquam adiube- re super manifestis violentiis, num. 19.

Q. 4 Senatus